



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Quanto tempore durare debeat Enoch, & Heliæ prædicatio? Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentus sexaginta. Sectio IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

penetrare contendit, cogitet sibi prius esse cū hostibus dimicandū, consequēdāque victoriarū palmas, iuxta illud 2. Tim. 2. *Non coronatur, nisi qui legitime certauerit.*

Quod verō ad candelabri appellationē pertinet, dicuntur Enoch, & Helias candelabra, quia Christum verum lumen tanquam candelabra omnibus præferēt, & ostendent: quod enim Christus lumen sit, dixit Simeon Luc. 2. *Lumen ad reuelationē Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Obseruandū est etiam meritō oliuam cum candelabro adhibere, nec solūm Enoch, & Helia candelabris, sed etiam oliuis conferri: quoniā semper oleū habebunt, quo luceant. Cum enim oliuæ sint, nunquā ex defectu olei eorū lumen extingui poterit, nec opus habebūt illud cū fatuis virginibus dicere prudentibus: *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguitur.* Matt. 25. Quam eandē ob causam Zach. 4. duæ illæ oliuæ ad dexterā, & sinistram candelabri apparuerunt. Quod autē Sancti sint candelabra, habes mysticē expressum 3. Reg. 7. vbi ita legimus: *Fecitque Salomon candelabra aurea, quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram contra Oraculū ex auro puro: & quasi liliū flores, & lucernas desuper aureas, & forcipes aureos.* Etenim candelabra aurea Sancti sunt charitate fulgentes, qui corda, & corpora ferendis Domini mandatis tanquā lucernis subiiciunt: quisquis enim Diuinitate sese mādatis subiicit, quasi candelabrū est aureū lucernam gestās auream, iuxta illud Ps. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Flores liliij, in quos candelabra desinebant, amoenitate patris celestis significant, quos candelabra desuper gerūt, quia Sancti celestia tantū bona appetūt: aut certē liliij flores castitate exprīmūt, quæ in Sanctis debet præcipuē eminere. Deniq; plenū mysterij est, quod forcipes etiā erant aurei: forcipibus enim Prælati, & Prædicatores adabrantur, quorū est fidelium lucernas emungere obiurgando vitia, lumenque virtutum magis illustrando. Quoniam verō ij, quorum est officium alios emendare, perfectissimi esse debēt, ne eis dicatur illud Apostol. ad Rom. 2. *In quo iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas:* idcirco etiam forcipes aurei fuisse commemorantur.

Quanto tempore durare debeat Enoch, & Helia prædicatio?
Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta.

SECTIO IX.

I. DE tempore, quo Enoch, & Helia prædicatio duratura est, sic à Deo Ioan. instruitur. *Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta:* qui dies conficiunt ex annis nostris vulgaribus tres annos cum dimidio viginti diebus minis. Quod si sermo esset de mensibus lunaribus, quibus Hebræi utebantur quorum vnus alternis vicibus continet viginti nouem dies, alter triginta: proculdubid eorum prædicatio excederet tres annos cum dimidio. Quia tamen probabilius est Ioan. qui Gentibus scribebat, de annis & mensibus iuxta Græcorum, Romanorū, aliarūmq; Gentium consuetudinem fuisse locutum: relinquitur prædicationem Enoch, & Helia duraturā, vt diximus, tribus annis cum dimidio viginti diebus minis. Etenim tres anni cum dimidio completi, & perfecti continent dies mille ducentos octoginta. Nec verō quemquam moueat illud Dan. 12. *A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta:* etenim eo loco non est sermo de prædicatione Enoch, & Helia, sed de persecutiōe Antichristi, quæ durare debet tres annos cum dimidio, seu, vt hoc ipso cap. dicitur, menses quadraginta duos, quod idē est. Cur verō toto eo tempore debeat perdurare eorum prædicatio, duplex ratio afferri potest. Vna est ea, quā tradit Beda, vt fideles alienissimis illis temporibus presentissimo horum duorum insignium virorū præsidio animentur, & fulciantur: sic enim

Beda.

II.

Quot dies
continuerent
Hebræorum
menses.

Duratio præ-
dicationis
Enoch, &
Helia.

enim Deus solet tribulationes, quas immittit, consolationibus temperare. Eandem ob causam voluit Ezechiel simul cum populo Babiloniam duci captivum, & Hierosolymam esse tempore obsidionis, & eversiois urbis. Cuius naturae suae ad misericordiam proclivis etiam in rebus naturalibus argumentum praebuit: etenim, ut scribit Plinius. li. 29. c. 4. viperam caput impositum ab eo percusso prodest: item si quis exusta eius cinerem illinat: & in uniuersum ubi cumque reperitur venena, ibi etiam eorum remedia, & antidota, Deus nasci voluit. Idcirco Ezech. 1. in medio ignis, qui obsidionem urbis, eiusque conflagationem exprimebat, electrum suae misericordiae tanquam antidotum collocauit: *Et de medio, inquit, eius, id est ignis tanquam species electri: ut indicaret in medio illarum tribulationum, & calamitatum, quibus opprimendi erant Iudaei a Nabuchodonosor se instar electri residere, ut eos misericordia sua, & consolatione recrearet: vnde Paulus 2. Cor. 1. eodem sensu dixit: Sicut abundans passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra.*

Tribulationes consolationibus temperat Deus.

Plinius.

Vbi venena, ibi est antidota nascuntur. Ezech. 1. 4. 2. Cor. 1. 5.

Alteram rationem mittendi eo tempore duos eiusmodi viros non minus misericordia redundante inuissibile Dominus constituitur, Mal. 4. *Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, antequam veniat Dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres: ne forte veniam, & percussa terra anathemate.* hoc est, mittam Heliam, ut conuertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres, ut qui tunc increduli fuerint, eadem fidem accipiant, quam antiqui Patres habuerunt: & ita patres, & filij se ipsos mundum diligant: *Ne percussa terra anathemate, id est, separatione sempiterna.* Cernis Dei misericordiam eo spectare, ut ne cogatur impios punire, & idcirco missurum Enoch, & Heliam, ut homines praedicatione sua conuertant, & ira Diuinae subtrahant. Simili affectu dixit Dominus Exo. 33. *Mittam praecursorem tuum Angelum. Non enim ascenda tecum, quia populus durus ceruicis est, ne forte disperdas te in via.* Itaque modis omnibus vitat Dominus occasiones puniendi. Aduerte etiam recte dici: *Ne percussa terra anathemate:* etenim qui Christum non amat, dignus est, qui anathemate feriat: quem admodum dixit Paulus. 1. Cor. vlt. *salus ratio mea manu Pauli. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema. Maran Atha,* hoc est, sit separatus a Deo, atque damnatus, donec veniat Dominus, seu in aduentu Domini: interpretatur enim *Maran, Atha, Dominus venit.* Quare Apostolus, ut Anselmus aduertit excommunicat eum, qui non amat Christum usque ad diem iudicij, ut tunc, si Christo placuerit, communionem recipiat, qui anathematizatus fuerat. Quonia vero *Maran Atha, id est, ac Dominus venit* in praeterito tempore, ut obseruauit D. Chryf. illud est maxime adnotandum Apostoli ratione, cur anathema denuntietur illis, qui non amant Iesum, eam afferre: quod ipse iam venit, videlicet in humilitate ad saluandum, ut nulla possit esse non diligentibus excusatio. Itaque Christi Domini aduentum, & passionem usque ad eum amorem conciliare, ut venia dignus non sit, qui eum non amauerit. Annotauit postremo Theodor. doretus significari in eisdem verbis zelum Apostoli cupientis, ut omnes Christi amore ardeant. *Qui corpora, inquit, amant, nullum volunt habere amoris socium: Apostolus autem omnes in amore riuales habere desiderat, & qui tales non sunt ab Ecclesia resecat.* Eandem Diuini amoris naturam declarant verba illa spolia Cant. 1. *Trahem te post te: curremus in odoribus unguentorum tuorum: nec enim dixit, curram, sed, curremus, quasi diceret: Si me unam trahas post te, ego filias omnes Hierusalem ad te etiam sequendum incitabo: itaque non sola curram, sed omnes curremus, quia cupio omnes in tui amorem incitari.*

III. Mal. 4. 5.

Occasiones puniendi vitat Dominus

Exod. 33. 2.

1. Cor. 16. 21. Qui Christum non amat, dignus est, qui anathemate feriat. D. Anselm. D. Chrysof.

Paulus zelus de amando Christo. Theodor.

Cant. 1. 4.

Cur Enoch, & Helias amici facis praedicare debeant?

Prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amici facis. SECTIO X.

Non dubium, quum hoc intelligendum sit, ut verba sonant, veretque Enoch & Helias induti facis debeant incedere toto suae praedicationis tempore, ut

H h ij

